



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XI. Scelus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

II.

Sapere non debemus plusquam oportet, c. 1. de renunc. in 6. sapientia enim cum sobrietate est habenda, c. 1. §. qui ergo loqui. distinct. 43. siquidem sapiens nulli nocere intendit, c. sapiens. 6. quasi. 1. nec unquam inanis est, c. sapiens 77. de penit. dist. 2. unde sapiens erit in poena, qui stultus fuit in culpa, cap. quicquid. distinct. 38. cum sapientis sit, revocare ea quæ loquitur, cap. magno 1. 22. quasi. 4.

CAP. IX.
Satisfactio, Satisfactio.
vid. Cautio.

Axioma I.

Non satisfactio qui verbo se offert, l. servus si heredi 34. in fin. ff. de statu liber. Bart. & Zaf in l. ait Prætor. §. si quis paratus. n. 1. de oper. nov. nunc. Schvvanemann. 1. process. Cameral. c. 10. n. 4.

II.

Satisfactum non sufficit, nisi satisfactum perferret, Menoch. remed. 2. adipsi. possess. num. 92. habet enim ea effectum successivum, l. si is a quo. 3. §. ult. cum l. seq. ff. ut in poss. legat. ibique Dd.

III.

Satisfactio pro solutione est, l. 52. ff. de solut. Cujac. ad l. 45. de administr. & peric. tutor. nempe si fiat volente creditore l. 4. quibus mod. pign. Inventus enim creditor culpandus non est, si satisfactione repudiata solutionem desideret, & si istum in verberem / der bezahlt seyn will.

CAP. X.
Scandalum.

Axioma I.

Scandalis & periculis pro posse via est præcludenda, Clem. abusioibus 2. in princ. de penitent. & remiss. facit enim interdum scandalum quid omisibile, quod de jure aliis esse faciendum, c. 1. distinct. 51. c. cum teneamur 6. extr. de prebend. c. super 4. extr. de stat. Monach. ita si ex novitate contra consuetudinem scandalum oriatur, novitas illa vitanda est, c. quod 3. extr. de consang. & affin. ita etiam scandalum impedire matrimonium dicitur contrahendum, cap. cum in tua 27. extr. de sponsal. quia cum scandalo nihil faciendum est, c. ad aures 5. extr. de tempor. ordin. c. nihil. 2. extr. de præscript. cap. 8. de Recloribus 3. extr. de Cleric. agrotant. c. cum ad 6. extr. de stat. Monach. cap. significasti 18. extr. de homicid. ita ut etiam per mandata sine clausula scandalis obviari possit. Gædd. i. Consil. Marpurg. 16. n. 140. Ita mali exempli causa multa prohibentur, vid. Nebelkræ dec. 13. pag. 151.

II.

Ad scandalum evitandum multa solent concedi, quæ aliis non concederentur, Menoch. de recuper. poss. remed. 1. numer. 379. facit enim

scandalum quandoque concessibile quid, quod aliis non concederetur, c. presbyteros 2. dist. 95. ita ad evitandum scandalum ad tempus à jure receditur, cap. Deus 11. extr. de vit. & honest. Clem. c. quoniam 3. extr. de jure patron. ac interdum detrahitur pro vitando eo veritati, cap. cum ex juncto 2. extr. de nov. oper. nunc. ita Judex, ut evitentur scandala, potest partes cogere ad concordiam, Bart. in l. æquissimum de usufruct. Afflict. decif. 149. in fin. Dec. conf. 156. numer. 6. qui consuluit, Papam posse in concilio accusari ne scandalum oriatur, imò non esse Pontifici Maximo obediendum, quando ex obedientia futurum esset scandalum, egregie congestit Cravett. consil. 264. num. 7. conf. 294. num. 8. conf. 314. col. 4. vers. secundo respondeo. & quod ad illud evitandum & discordias præcipientes Episcopus vel ipse etiam Papa officio exui queat, ex c. si Papa 6. dist. 40. cap. significasti 4. de Elect. probat Arnif. 2. relect. polit. cap. 2. dist. 7. num. 80. vid. & Covar. ad reg. peccatum de R. l. relect. p. 1. n. 4.

III.

Propter scandalum non est dimittenda veritas, cap. magna 7. cap. extr. de vot. & vot. redempt. c. qui 3. extr. de R. l. nec debet illud impedire bonum faciendum, cap. nisi 10. quasi. 3.

CAP. XI.
Scelus.

Axioma I.

Sceleris voluntas eadem severitate punitur, qua effectus, c. si quis 6. q. 1. vid. sup. lit. M. cap. Malefictum.

II.

Quæ scelere acquisita sunt, fisco cedunt, l. 9. ff. de Jure Fisci.

CAP. XII.
Schola.

Axioma I.

Scholæ locis commodis constituendæ, ne strepitu discipuli invicem turbentur, Perez. C. de studiis liberal. n. 5. Hinc malè faciunt Magistratus, qui diversas lectiones in uno Auditorio Scholarum trivialium haberi permittunt cum damno juventutis, Brunnem. C. cod. in fin.

II.

Cura Scholarum trivialium ad Episcopum spectat, Carpz. L. 1. Jurispr. Eccles. d. 9. & licet constitutio Præceptorum jure communi ab omnibus Magistratibus municipalibus fieri possit, inspectio tamen Scholarum ad Principem pertinet, e.g. si in scholâ aliquâ magno conamine Metaphysicæ subtilitates discipulis inculcentur, Princeps id prohibere aut moderari potest vid. omnino Brunnem. Lib. 1. cap. 6. Membr. 12. §. 14.

CAP. XIII.
Scientia, Scire.

Axioma I.

Scientia Principis habetur pro causa concessionis,

(Y) 3